



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

7. De cæremoniis huius Sacramenti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

## C A P. VI.

*De ministris huius sacramenti.*

**M**inister huius sacramenti solus Episcopus est,<sup>1</sup> Collig. ex Act. 8. & c 19. & traditur in Concilio Florent. Potest tamen Papa ex plenitudine potestatis suae simplici sacerdoti committere, est enim auctor iurisdictioni non ordini Episcopali competens.

Ad legitimam huius sacramenti ministracionem<sup>2</sup> iurisdictione etiam requiritur, ideo Episcopus alios confirmare non debet, quam qui ipsi spiritualiter subiecti sunt: Excipe nisi quis habeat dimissionales ad suscipiendos ordines, tum etiam potest confirmari prius, si non sit confirmatus. Nam concessione censemur etiam concessa reliqua, sine quibus ad illud conuenienter perueniri non potest.

Episcopus mortaliter peccat, si longo tempore<sup>3</sup> confirmationis sacramentum ministrare intermitat: quia magno spirituali fructu priuat subditos suos, quorum tamen pascendorum cura ipsi ex officio incumbit.

## C A P. VII.

*De Cæmonijs huius sacramenti.*

**A**d Cæmonias pertinet, Primò, Benedictio Chrismatis. Secundò Adesse debet Patronus sub mortali, aliis à patrino baptismi, nisi necessitas aliud postulet. Tertio, Recitantur orationes cū impositio ne manus super caput. Quartò, Frons chrismate vnde vita, ligatur, quæ circuferri debet, donec vñctio fuerit siccata, quāuis in eare cuiusq; loci cōsuetudinem

nem seruare oportet: Nam alicubi mos est, ut mox post collatum sacramentum frons abluitur à ministris in fonte baptismatis, si autem per triduum, ut moris in nostra patria circumferatur, à laicis etiam ablui potest, sed vitta debet comburi, & non ad profanum usum adhiberi. Quintò, Episcopus confirmato leuem alapam infligit, ut significetur, Christianum militem paratum esse oportere, ad iniurias pro Christi nomine perferendas.

## TRACTATVS IV.

### De venerabili sacramento Eucharistie.

#### C A P. I.

##### *De natura huius Sacramenti.*

**E**ucharistia est sacramentum sanguinis & corporis Christi sub speciebus panis & vini ad spiritualem animarum refectionem diuinitus institutum. Constat ex perpetua Ecclesiarum traditione & definitur in Concil. Lateran. Nam sacramentum est sensibile signum rei sacræ ad hominem sanctificandum diuinitus institutum. Huiusmodi autem est S. Eucharistia: siquidem species panis & vini significant corpus & sanguinem Christi, quæ sub ipsis continentur, tanquam spirituale anime nutrimentum iuxta Iohannis 6. **Caro mea vivæstibus, & sanguis meus verè est potus.**

**2** Transmutationis seu conuersionis panis & vini in verum corpus Christi & sanguinem eius frequens est mentio apud Patres, Ambros. Cyrill. Chrysost. Greg. NB. Ad totale siue integrum sacramentum pertinet, ut sit signum sensibile non tamen ad quamvis partem constituentem sacramenti, ut patet in contri-